

le relinqueret, abiens laqueo se suspedit. Qualis ergo causa esse potuit, quæ fecit illum pœnitentia duci? Hanc enim non otiōsē querimus: Et obscura quidem & incerta nobis est, sed per aliud simile fieri potest, ut non nihil inueniamus. Scriptū est de Achitofel, qui fuerat consiliarius David, & versus ad Absalon cōsilium inutile dederat contra David, quia vidēs quod non fuisset factum consilium suum, stravit aīnā suum, & surrexit, & abiit in dominum suum & in ciuitatem suam, & disposita domo sua, suspendio interiit. Quam ob causam se ille suspendit? Videlicet enim, quia non erat factum consilium suum. Parum dicitur est, nisi simul subintelligas, quia malignus coniector coniiciebat, de cipiendo fore Absalon, & reuerserum esse David in regnum suum, quod sibi cōstatimabat fore intollerabile malum: quippe qui inter cetera mala iam ante dederat cōsillum, ut Absalon cēdaret patrem suum. Illud simile isti recte dixerim. Quis enim nesciat illum David similitudinem vel typum prætulisse huius Iesu Christi filii Dei, & sui quoque secundum carnem filii? Nam vt & secundum præsentis sacramentum quatuor facierū aliquid loquar. Propinquus Psalm. 88. ipse fuit faciei hominis, pro eo maximè quod ex semine eius Christus secundum Eccl. 47. carnem: Et facie leonis, pro eo quod for. 7 Reg. 17. tissimum ipse cum leonibus lusit, vt sapientia meminit, quasi cūagnis & in vrsis similiter fecit. Nunguid non occidit gigantem, & abstulit opprobrium in Israhel? Contruit inimicos vndique, & contruit cornu ipsorum, vñque in aeternum in omni operre. De similitudine quoque facie vituli plurimum habuit, quia videlicet multis laboribus eruditus fuit, & multis tribulationibus passiones Christi præsignauit. Vnde & sicut itidē sapientia testatur, Christus purgavit peccata ipsius, & exaltavit in aeternum cornu eius. Nihilominus illud multum attinet ad faciem aquila volantis, quod propheticē gratia oculis mirabiliter & vidit & cecinīt sacramēta cælestia eiusdem Christi sessuri ad dextram patris, vidit, inquam, & audiuit, vt inter cetera Similitudo referret nobis, dicens: Dixit Dominus de Iude ad A. mino meo fede à dextris meis. Suo quoq; nomine ad similitudinem accedit, interpretatur enim David manu fortis siue desiderabilis. Porro Achitofel & nomine & re similitudinem prætulit huius, de quo nunc sermo est, Iudæ filij perditionis. Achitofel quippe interpretatur frater meus cadens siue irruens. Et sicut ille voluit & in eo intendit, ut David de regno eius sit, etiam funditus deleretur, id est, moreretur, & ita periret nomen eius. Dixit enim ad Absalon. Eligam mihi duodecim milia virorum, & consurgens persequar David hac nocte, quippe quia laetus est, & solutis manibus percutiam eum: sic & iste dominum nostrum, non quomodo cuncte mori, sed ita mori voluit, vt periret nomen eius, testante Psalmo ex persona eiusdem Christi, quo cū dixisset: Inimici mei direrunt mala mihi, quando morietur & periret nomen eius? protinus de isto insidia P̄sal. 41. tate maximo & infidantium pessimo, ita subiunxit: Et ingrediebatur ut videret, vana loquebatur cor eius, congregauit iniuritatem sibi. Ingrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Et hoc idem iterum repetens, cū de vniuersis dixisset: Aduersum me suburrabant omnes inimici mei, aduer sum me cogitabant mala mihi, &c. istum manifestius expresit, dicens: Etenim homo pacis meæ, in quo sperauit, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplicationem. Hinc manifestum est, quod iste, nec solus iste, sed maximè iste, sic Dominus Christus mori voluit, ut periret nomen eius, id est, ut nulla fama vel memoria, & nulla supercesseret doctrina eius: scilicet ille videlicet Achitofel illud intendebat, ut David, sicut iam dictum est, de regno eius sit, nequaquā ultra regnare posset, morte preventus. Eandem igitur vel simile ob causam vñque pœnitentia ducetur est, & vter que laqueo se suspedit, videlicet quia persensit tam iste quam ille, quod res non procederet secundum consilium eius. Et in pulcherrimam similitudinem perfectionem. Quomodo ille persensit vel unde ille perceperit non fieri secundum intentionē suam, vt funditus exterminaretur David. Nimis ex eo, quod Chusai amicus David, quasi relictus David, venerat ad Absalon, quem vñque sciebat, nequaquam animo recessisse à David, neque corde esse cum Absalon, Nonne iste similiter de Domino Christo dicere poterat, quod quamvis esset damnatus & moreretur, non tamē periret nomen eius, ex eo quod superstites erant discipuli eius, prædicaturi nomen & resurrectionem eius. Denique hoc voluerat vt discipuli quoque eius cum eo comprehendenterentur. Et manifestius Euangelista Ioannes exprimit: Stabat autem, inquit, & Iudas qui tradebat eum, cum ipisis. Ut ergo dixit eis ego sum, abierunt retrorsum, & cediderunt in terram, &c. vñque si ergo me quæratis, finite hos abire, vt impletur sermo quem dixit: quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quenquam. Hoc videlicet discipulorum quibus ipse iam dixerat: Iam non dico vos seruos, sed amicos meos, & nomine & re similitudinem gesit ille Chusai. Chusai quippe interpretatur ut ipse

2. Reg. 17.

Voluit inde  
das, ut non  
solūtate  
Christi,  
sed & no  
men eius  
ritet.Ioan. 18.  
Esa. 8.

Ioan. 18.